

## Liber Primus

¶ aliquo testimonio vinci possit. **De vulnerato multis vulneribus, et de euasione coadiutorum.**

Supra fo. lxxj  
et si plures

¶ **Q**uicumque vulneratus fuerit, si clamore proclamauerit, et ad iudicium peruenit, de quocumque queratur qui peris fuerit, et si habuerit hos: qui clamorem suum audierint: et qui vulnera habuerit, tot homines potest inculpate. Si autem hi homines parauerint, duellum in ipsis acquirere potest. Si autem plures iudicialiter infestauerint: quos vulnera habuerit, alij omnes euadent suo iure, quilibet metseptimus: vel quis sua sola manu per adiutorio ratione homicidij, vel vulneri duellari: vel mettertius ad hoc si pro eo cum testibus fuerit impulsatus

### De iudicio rei obligate.

¶ **O**bligat aliquis mercimonia: aut alia bona mobilia, per debito ex parte iudicij, et ille pronunciat tribus iudicijs, ut est Juris: et quarto iudicio super eo dominium receperit ac appropriatus sibi fuerit, et cognoscetie domini dederit coram iudice et Scabinis. Et si iste impostez ad repetendum sua bona peruenit, possidens, propior est suum pignus seruare, cum Scabinis ac iudice, qui ille qui caret possessione. ¶ Nullus etiam hospes ab alio aduenat: et e contra: indiget pignus recipere per debito recognito. Si autem ipsum receperit, extunc ipsum acquirere et persequi, putat alter vir iudice oportebit, nisi aliter fuisset inter eos ordinatum verbotenus in contractu. **De dotalitio feminae**

### et provisione earum post mortem mariti

¶ **S**i aliquis ducit uxorem, et si vir de hac luce decesserit, uxor nihil habet in suis bonis nisi dederit sibi per dotalitio, aut vite provisionem per eius vita in iudicio habito. ¶ Nulla mulier potest vite provisionem: nec dotalitium hereditarie obseruare, et cum de hac luce dederit: ad heredes reuertitur sui mariti. ¶ Quando autem maritus nihil dederit mulieri in suis bonis, in possessione bonorum sui mariti de per manere, et pueri sibi necessaria ministrabunt, quousque in vidualitate et sine marito permanere voluerit. ¶ Si vir oues habuerit has mulier recipiet ad suppellectile, et si pueri vellent dotalitium mulieri inferre: suare potest testimonio virorum ac mulierum metseptima: qui tunc partes fuerint. ¶ Sed deseruitum precium et rationabile debitum debeant solui de bonis mortui viri per dotalitio, et si mulier fuerit dotata pecunijs in paratis, si autem dotata fuerit in hereditate propria, tunc suus dotalitium per alij debitis iure valeat obtinere, etiam quousque vir habens mansionem infra ius municipale, ille sue cotozali dare potest per dotalitio sua propria hereditate, quam in posse habeat alienandi: et etiam in alij.

De q̄ fo. lxx.  
et fo. lxxj